

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### **Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...**

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum  
Supplementis atque Indicibus necessariis

**Fischlin, Ludwig Melchior**

**Ulmæ, Anno M.DCC.IX.**

**VD18 90845390**

[Andreas Osiander]

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317)



NDREAS OSIANDER. *Nat. 1562.*

*Cl. 1600.*

*Ob. 1617.*

quot Annorum interval-

lo in munere Cancellaria-

tus & Præposituræ Tubingensis se-

cutus, natalem suum habuit Blabyræ in margine Ducatus Wirtembergici, Anno 1562. d. 27. Martii, Patre Luca Osiandro, Seniore, Concionatore Aulico, dicti Oppidi tum Superintendente, Matre Margaretha Entringeria. Scholas Triviales Stuttgartiæ Præceptoribus Wackero & Kauffmanno frequentavit tam facili promptoque Ingenio puer, ut anno ætatis 14. Stipendiariorum numero adscriptus primam lauream promeruerit; Triennio post alterâ lauro ornatus, Anno 1578. Ministerio admotus primam spartam adiit Uraci, ut Diaconus. Anno 1584. Secundam Giglingæ, ut Pastor & Superintendens. Anno 1587. Tertiâ Stuttgartiæ 1590. ut Concionator Aulicus Serenissimi Ducis Ludovici, nec non postea Friderici 1594. Quartam ut Abbas Adalbergensis & Generalis Superintendens Anno 1598. Quintam ut Cancellarius & Præpositus Tubingensis, publicè inauguratus à Joh. Magiro, Præposito Stuttgartiano d. 14. Maji, An. 1605. Theologiæ Doctor jamjam renunciatus fuerat Anno 1592. Vocatus de cætero etiam ab aliis, Lipsiensibus, Rostochiensibus, Jenensibus & Witebergensibus, sed frustra,



frustra, non dimittente illum Principe Wirtembergico. In Conjugem duxit Barbaram Samuelis Heilandi, Stipendiariorum Ephori Filiam, cum qua 33. annis sine ulla animi læsura suaviter vixit & octodecim Liberos genuit, quorum novem illi fuerunt superstites. Theologus vigilans prudens & constans, (a) qui Professoriæ Stationi permagno Auditorii fructu præfuit, robustus Elencticus perspicuus Exegeticus, utrobique artificiosus Orthotomicus, cujus dexteritatem in rebus gerendis actio instituta Waldenburgica, quâ primum eximio sanorum Theologorum fulguri D. Jac. Andreæ additus fuit; colloquium Badense 1589. habitum & Ratisbonense, 1600. ut & Acta Hallensia & Mömpelgardica, cæteraque plura loquuntur. (b) Scriptis de Ecclesia optimè meritis, editis præsertim Bibliis cum emendationibus & explicationibus superiorum versionum & observationibus ex Theologorum lucubrationibus depromptis; (c) & Libello, cui Titulum fecit: Papa non Papa, ex quo ansam B. Gerhardus sumsisse fertur conscribendæ Confessionis suæ Catholicæ, noti & vasti operis. (d) Vitam cum morte per tabiferum morbum commutavit 1617. die 21. Aprilis, ætatis 55. Ministerii 33. Suprema laudatione illum prosecutus est Matthias Hafenrefferus, Successor,

(a) Carol. Memorab. T. I, p. m. 242.

(b) Programma Univ. Tubing. p. 5. 6. & 10 G. M. Königius Biblioth. p. m. 593.

(c) Quenstedt de Patriis Ill. Vir. p. 168.

(d) Carol. loc. cit.

for, (e) habitâ Oratione & Concione ex Gen.  
50. 25.

Epitaphium ejus hoc est :

**D.** Andreæ Osiandro, D. Lucae Filio  
SS. Theol. Doctori Blabyræ Wir-  
tembergiæ Oppido Anno 1562. 7. Cal.  
Junii nato : Viro in quo Ingenium di-  
vinum, & prompta, polita gravisque a-  
gendarum rerum dexteritas, eruditio  
multiplex ac singularis, Scientia ac Pra-  
xis Theologica præstans, docta supra-  
que modum elegans facundia, morum  
integritas ac suavitas, admiranda mo-  
destia atque humanitas erga omnes a-  
perta, cum summa in Deum religione  
& insigni meritorum in Ecclesiam Chri-  
sti magnitudine unâ sociata vixere, qui  
cunctos sanctorum officiorum gradus  
antea magna cum laude adeptus, Dia-  
conus, Pastor, Episcopus Specialis, Ge-  
neralis, Ecclesiastes, Abbas & Consi-  
liarius Wirtembergicus, tandem Aca-  
demiæ Tubingensis Professor, Cancel-  
larius & Ecclesiæ hujus Præpositus de-

a 2 lectus

- (e) Quas in compendium redigere P. Freherus Theatro  
Ill. Vir. p. m. 391 Effigiem ejus simul exhibens, & Joh.  
Eschius Supplem. H. E. p. m. 156.



lectus fuit. In omni officii genere fido, prudenti, alacri; Theologo pio, tentato, probato, torti, magno, posteaquam orbem Christianum Scriptorum gestorumque suorum fama impleffet per tabiferum morbum placida & sancta: ô quàm Ecclesiæ ac Reipublicæ acerbâ morte! Anno 1617. 11. Cal. Maji, Tubingæ denato.

Uxor Barbara Heilandina, quâ cum annis 33. sine ulla animi læsura suaviter fructus est, & Liberi ex 18. superstites 9. Marito & Patri optimè de se merito lamentabili & desiderabili fletu P. C.

*Tumulum carmine honoravit G. C. Maiclerus, P. L.*

*Parte minore sui jacet hæc Osiander in urnâ*

*Andreas forti pectore & Ingenio.*

*Parte sui Sanctos inter meliore triumphat*

*Conveniunt rebus nomina clara suis. (f)*

### Scripta.

*Biblia Latina cum Annotationibus. Francosurti. Anno 1606 in fol.*

*Disputatio de Peccato Originis. Tubingæ. Anno 1584. in 4.*

Tar-

(f) *Libr. Epigr. I. p. 4.*

*Tractatus de Omnipræsentia Christi contra Christianum Waldensem, personatum Calvinianum, Tubingæ, 1587. in 4.*

*Duæ Tabulæ contra Calvinianos assertæ, 1591. 4.*

*Responsum ad Analysin Gregorii de Valentia, Jesuitæ de Ecclesiâ, Ibid. 1593. in 4.*

*Defensio Responsi ad Analysin. 1594. in 4.*

\* *Confessionis Catholicæ Job. Gerbardi Occasio. vid. supra. Carol. loc. cit. Primum illud contra Jesuitam Scriptum Andreæ Osiandro, plenam in salarium Ecclesiasticis Aulici quo antea nondum gaudebat, immisionem. Alterum triginta florenorum poculum argenteum promeruit. test. Act. contra Greg. de Valent.*

*Epistola Synodica ad Jo. Pistorium de Jure Canonico, Tubingæ, 1594. in 4.*

*Apologia contra crassissima mendacia Tenebrionis cujusdam Ingolstadiensis circa secunda peccata A. Osiandro imputata, Ibid. 1595. in 4.*

*Affertiones de Conciliis.*

*Papa non Papa, b. e. Papæ & Papicolarum de præcipuis Christianæ fidei partibus Lutherana Confessio, Tubingæ. 1599 in 8. 1600. in 8. Francofurti, 1610. in 12.*

*Inquisitio Catholica de tractandis Hæreticis Inquisitioni Hispanicæ opposita, Tubingæ, 1609. in 4.*

*Disputationes XIII. in Librum Concordiæ. Francofurti. 1611. in 8.*

*Dissertatio de fugâ Pestis, Ibid. 1611. in 4.*

*Themata de Mediatore Θεαυθώπω, Jesu Christo. Resp. Job. Donner. 1612. in 4.*

*De Imagine Dei in bomine ante lapsum, 1613. 4.*



*De Unione personali, lb. 1614. in 4.*

*De Communicatione Idiomatum, An. 1614. in 4.*

*De Statu Exinanitionis & Glorificationis, 1614. 4.*

*De Officio Christi triplici, Tub. 1615. 4.*

*De Baptismo, lbid. 1615. 4.*

*De Eucharista, lbid. 1615. 4.*

*De Creatione, lbid. 1616. 4.*

### Orationes.

*Oratio de Vita & Obitu Friderici, Ducis Wirtembergiae & Tecciae, &c. Tubingae, 1608. in 4.*

*Oratio Funebris in Obitu Andreae Grammeri, Abbatitis Bebenhusani, lbid. 1612. 4.*

*Oratio de Vita & Obitu, Johannis Magiri Praepositi Wirtembergico-Stuttgardiani, 1614. 4.*

*Oratio de Vita & Morte Illustrissimae Principis ac Dominae Sibyllae, Friderici, Wirtembergiae Ducis, Conjugis, Stuttgartiae, 1615. 4.*

### Germanica.

*Wirtembergisches Communicanten - Büchlein.*

*Libellus utilissimus multoties recusatus, Tub. 1590. in 8.*

*Spire, 1612 in 8 Heilbronn, 1651 in 8. Stuttgartiae*

*& Tubingae singulis annis cum Catechismo Brentiano,*

*& Libellis hymnorum. Illustratus nuperrime à*

*Domino, Erico Weismanno, Antistite Stuttgartia-*

*no, Stuttgartiae, 1704. 1706. 1708. in 12.*

*Treuerhäger Unterricht / wessen man sich in Absterbung eines treuerhägeren Ehgatten trösten solle/ Eübingen/ 1594. in 8.*

Wüstungs,

**Böstungs:** Predigt von der Böstung Hohen-  
wiel/ Eübingen/ 1594. in 4.

**Neu Jahrs:** Predigt/ 1595. 1598. in 4.

**Predigt vom Erdbidem/** 1601. in 4.

**Vocations- und Amts:** Predigt auß Jerem. I. v. 7.  
bey Antritt des Cancellariats zu Eübingen /  
Dominica II. Trin. gehalten / Eübingen / bey  
Cellio, 1606. in 4.

**Eine Predigt am IV. Sonntag Epiphan.** 1607.  
zu Eübingen und Mömpelgardt / 1609.  
in 4.

**Creuz:** Predigt / wie sich die Christen in aller-  
ley Creuz schicken sollen / am Tage Bartho-  
lomäi gehalten/ Franckfurt/ 1608. in 4.

**Präsentations -** Predigt über den Probst zu  
Stuttgardt Erasmus Gröningern / bey des-  
sen Einsezung/ Eübingen/ 1614. in 4.

**Beicht:** Lehr: Trost: und Bett: Büchlein / Eü-  
bingen / 1612. Stuttgardt/ 1625. in 12.

Conc. Funebres.

**Leichpredigt** über dem Tod des Durchleuchtig-  
sten Fürsten und Herren / Ludwigs / Her-  
zogs zu Wirtemberg und Teck/ auß Ps. 103.  
v. 15. 16. Eübingen/ 1593. in 4.

**Leichpr.** über Fr. Cordula Bozerin, Henrici Boceri  
J. U. D. und Prof. Ehfrau/ 1606. in 4.

über Martini Crusii, Græcæ Ling. Prof.  
Tod/ auß Act. VII. v. 59. 1607. in 4.

über dem Tod Georgii Burckhardi,  
Prof. Philos. Es. 38. v. 12. 1607.  
in 4.